D. JOANNIS GUTIERREZ HISPANI,

JURISCONSULTI PRÆCLARISSIMI,

Almæ Eccleſiæ Civitatenſis Canonici Doctoralis, & Advocati Placentini;

TRACTATUS TRIPARTITUS,

DE

JURAMENTO CONFIRMATORIO,

Et aliis in Jure variis Reſolutionibus:

IN QUO NONAGINTA ET NOVEM CAPITA
Admodum utilia in praxi continentur: ac in iis ſparſim Tractantur
MATERIÆ ECCLESIASTICÆ non paucæ.

UNIVERSAM MATERIAM SATIS AMPLAM ET DIFFUSAM quidem, nunquam tamen ita congeſtam, certa quadam methodo miro ordine contexens:

OPUS OMNIBUS JURISCONSULTIS, TUM IN FORO, TUM IN SCHOLIS Verſantibus apprimè utile & neceſſarium.

CUM INDICIBUS LEGUM ET QUÆSTIONUM, NEC NON RERUM Ac Verborum locupletiſſimis.

NOVA EDITIO, PRIORIBUS CORRECTIOR, ET ELEGANTIORI ORDINE DISPOSITA.

COLONIÆ ALLOBROGUM.
Sumptibus PERACHON & CRAMER.

MDCCXXX.

CUM PRIVILEGIO S. CÆSAREÆ MAJESTATIS.

D. JOANNIS GUTIERREZ

J.C. HISPANI PRÆCLARISSIMI

TRACTATUS ELABORATISSIMUS

DE JURAMENTO CONFIRMATORIO

& aliis in JURE variis Reſolutionibus.

S U M M A R I U M.

1 *De jure canonico valet conſenſus mulieris ſuper alienatione rei dotalis, cum juramento de non contraveniendo, licet de jure civili ſecus eſſet.*

2 *Alienatio rei dotalis eſt prohibita principaliter favore privato, ſcil. mulieris, ſecundario ratione publicæ utilitatis, ne remaneant mulieres indotatæ.*

3 *Contractus alienationis rei dotalis juramento confirmatur, & ſic non tantum juramentum eſt ſervandum, ſed etiam ipſe contractus.*

4 *Prohibitio propria alienationis rei dotalis eſt de rebus immobilibus inæſtimatis in dotem datis.*

5 *Res mobiles inæſtimatæ in dotem datæ, quæ ſervari poſſunt, prohibentur quoque alienari.*

6 *Bona mobilia dotalia, quæ non poſſunt ſervari, poſſunt alienari per maritum, & fructus eorum.*

7 *Maritus poteſt ad libitum diſponere de rebus, quæ in pondere numero, vel menſura conſiſtunt, in dotem datis, licet ad tantundem teneatur ſoluto matrimonio.*

8 *Maritus poteſt alienare res in dotem datas æſtimatas ex æſtimatione, quæ facit emptionem, ſive mobiles ſive immobiles ſint.*

9 *Intellectus l. in rebus, C. de jur. dot.*

10 *Poſſeſſor rei æſtimatæ in dotem datæ venditæ per maritum, quando vir non eſt ſolvendo, liberatur ab ejus reſtitutione offerendo æſtimationem.*

11 *Caſus ſingularis l. fin. ff. de pact. dotal.*

12 *Procedit d. l. final. non tantum in rebus immobilibus, de quibus loquitur, ſed etiam in rebus mobilibus.*

13 *Ratio & intellectus text. in d. l. fin. ff. de pact. dot.*

14 *Mulier, quæ cum juramento conſenſit alienationi rei dotalis, poteſt petere poſtea ſoluto matrimonio à marito vel ejus heredibus pretium, quo venit res dotalis, ſub diſtinctione, de qua hic.*

15 *Metus ſolus reverentialis non eſt ſufficiens ad reſcindendam alienationem vel hypothecam rei dotalis, &c.*

16 *Non ſufficit maritum verberaſſe uxorem (ad reſcindendum contractum) niſi probetur id feciſſe, ut talem contractum faceret, vel ei conſentiret.*

17 *Mulier olim poterat renuntiare hypothecæ, quam habet in bonis viri, & quid hodie.*

18 *Mulier poteſt agere & habere regreſſum ad bona alienata, ſuper quibus renuntiavit juri hypothecæ, etiamſi maritus tempore renuntiationis haberet alia bona, ſi tempore repetitionis dotis ea non habeat.*

19 *Renuntiatio hypothecæ competentis pro dote ſirmatur juramento.*

20 *Mulieri, quæ renuntiavit d. hypothecæ, agenti contra emptorem bonorum mariti hypothecaria, an incumbat onus probandi, quod marito non ſuperfuere alia bona, è quibus ſibi conſuli poſſit, an emptori excipienti, quod alia ſuperſint.*

21 *Mulier, ſoluto matrimonio, vel ejus heredes petente arrhas à marito promiſſas, ſi opponatur, quod excedant decimam partem bonorum promittentis, cui incumbat onus probandi valorem bonorum mariti, & num. ſeqq.*

22 *Allegans divitias vel paupertatem ad propriæ intentionis comprobationem, eam qualitatem probare tenetur, ſive actor, ſive reus ſit.*

23 *Hæres conventus à legatariis, negans ſufficere bona ad legata perſolvenda, tenetur id probare, ad hoc, ut habeat locum Falcidia, quod probat eo ipſo, quod aſſerit, tam tot bona habere, & non plus, nam qui eum plura bona habere dixerit, id probare tenetur.*

24 *Quando aliquis eſt in quaſi poſſeſſione, qui negat qualitatem, per quam vult eum removere ab illa quaſi poſſeſſione, tenetur illam qualitatem probare, quamvis ſit negativa.*

25 *Legatario an incumbat onus probandi, quod res ſibi legata non excedat quintum bonorum defuncti, an vero ejus heredibus, quod excedat, ſi ipſi id contendant.*

26 *Hæres donatoris ſi velit revocare donationem à defuncto factam ſufficit ſi dicat, donantem non habuiſſe alia in bonis tempore donationis, & qui contrarium dixerit, illud probabit.*

27 *Quando hæres confecit inventarium, ſufficit ejus aſſertio*

D. JOANNIS GUTIERREZ HISPANI

JURISCONSULTI PRÆCLARISSIMI,

Almæ Eccleſiæ Civitatenſis Canonici Doctoralis, & Advocati Placentini,

TRACTATUS NOVUS DE TUTELIS & CURIS MINORUM.

Deque OFFICIO ET OBLIGATIONE TUTORUM AC CURATORUM, IPSORUMQUE MERCEDE.

In quo de REBUS ECCLESIASTICIS non paucis Tractatur:

UNIVERSAQUE MATERIA, SATIS AMPLA & DIFFUSA quidem, nunquam tamen ita congeſta, certa quadam methodo, miro ordine contexta exhibetur.

OMNIBUS JURISCONSULTIS, TUM IN FORO TUM IN SCHOLIS VERSANTIBUS

Apprime utilis & neceſſarius.

Cum Indicibus ARGUMENTORUM, & RERUM ac VERBORUM locupletiſſimis.

NOVA EDITIO, PRIORIBUS CORRECTIOR, ET ELEGANTIORI ORDINE DISPOSITA.

COLONIÆ ALLOBROGUM.

Sumptibus PERACHON & CRAMER.

MDCCXXX.

CUM PRIVILEGIO S. CÆSAREÆ MAJESTATIS.

D. JOANNIS GUTIERREZ

J.C. HISPANI PRÆCLARISSIMI, DE TUTELIS & CURIS MINORUM,

Deque Officio & obligatione Tutorum ac Curatorum, & Mercede ipſorum.

SUMMARIA.

1 Definitio tutelæ ejuſque defenſio & intellectus.
2 Tutores à tutela, & curatores à cura denominantur.
3 Duplex in jure reperitur definitio, quid nominis, & quid rei, & hic de utraque agitur.
4 Tutores ideo dicuntur quaſi tuitores, atque defenſores, & ſic à tuendo, eo quod pupillum defendere debent, & n. 14.
5 Tutor non eſt neceſſe, quod habitet cum pupillo in eadem domo.
6 Pupillus alendus eſt apud propinquos eius ſucceſſionem non expectantes, ſi tutor ei ſuccedere debeat.
7 Tutela munus honorificum eſt, & inter munera publica computatur.
8 Argumentum de tutore ad prælatum nonnunquam validum eſt.
9 Majorem poteſtatem habet prælatus in adminiſtrandis reb. Eccleſiæ, quàm tutor in adminiſtrandis reb. pupilli.
10 Tutorum etymologia Alberici de Roſate dicentis, tutores dici, quaſi tollitores, eo quod plerumque bona pupillorum auferant & tollant, rejicitur atque reprobatur.
11 Mali tutores potius pupillos ſuos ſpoliant quam defendunt, ſicut lupi oves, & hi revera tutores non ſunt, ſed potius raptores, ut hic demonſtratur.
12 Tutores fidem integram ab omnique lucro abſtinentem præſtare debent, nam animo deprædandi tutela curæve munus obeuntes, fures cenſendi ſunt: unde qui animo deprædandi pupillarium bonorum adminiſtrationem, non tuendi ſuſcipiunt, divinam ultionem & iram pertimeſcant.
13 Tutores mox in initio ſuſceptæ adminiſtrationis juramentum & ſatiſdationem præſtant, ut hic latius declaratur.
15 Tutores & curatores dicuntur domini minorum, rerumque eorum, & habent à lege mandatum cum libera.
16 Tutores vel curatores quando pupillum ſpoliant non habentur loco domini.
17 Tutelæ primiſſione approbatione, formæ & incremento à jure civili ſuis inducta: materia vero & origine à jure gentium exordium cepit.
18 Tutelam jus defert tutoribus ſuper perſonis minorum etiam ipſis invitis; vel non petentibus.
19 Tutor datus principaliter perſonæ, quia tenetur principaliter curare educationem atque inſtitutionem illius, tametſi neceſſe non ſit, ut in eadem domo habitet cum eo, ſecundario tamen datur etiam bonis in univerſum.
20 Judex ex officio poteſt minime petenti dare tutorem pupillo, prodigo & furioſo.
21 Tutor cogitur invitus tutelam ſuſcipere, etiamſi eſſet abſens & ignorans.
22 Tutor ſi tanquam tutor agat, juri ſuo non præjudicat, ſicut ſi proprio nomine conſentiat alienationi, vel ſi propria bona obligavit.
23 Clauſula, rebus ſic ſtantib. &c. contractib. actibus, & diſpoſitionibus etiam juratis cenſetur ſemper appoſita.
24 Tertius rei poſſeſſor ſuper qua annuus cenſus, vel redditus conſtitutus eſt, qui ratione hujus poſſeſſionis coactus fuit recognoſcere ipſum cenſum, non tenetur cenſum ſolvere, quando res illa ad alium pervenerit abſque ejuſdem poſſeſſoris fraude.
25 Poſſeſſor tertius rei cenſui ſuppoſita, jure cogitur redditum ſolvere, ac demum præviſſa obligatione emptorem ipſum recognoſcere ut dominum illius juris percipiendi annuum redditum ex ea re.
26 Clerici non coguntur recipere aliquam tutelam, poſſunt tamen recipere legitimam, ſi volunt intra quatuor menſes à tempore ſcientiæ mortis patris pupillorum.
27 Clerici in ſacris non conſtituti inviti coguntur recipere tutelam.
28 Ad tutelam teſtamentariam vel dativam, clerici vocari non poſſunt, ne à divinis diſtrahantur, imo puniuntur dantes illos tutores vel curatores; privantur namque eccleſiaſtica ſepultura.